



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Fratris Siluestri Prieratis ordinis predicatorum et
sacre Theologie p[ro]fessoris celeberrimi sacriq[ue]
palatij apostolici magistri: in p[re]sumptuosas Martini
Luther co[n]clusio[n]es de ...**

Luther, Martin

[Leipzig], [1518]

VD16 L 4458

Sacraru[m] litteraru[m] professori Martino Luther: frater Siluester de
prierio ordinis predicatoru[m]: spiritu[m] humilitatis [et] veritatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32356

Beatissimo patri Leoni. x. Pont. Max. frater Siluester Puerias
ordinis predicatorum: sacrique palatii Magister: eternam salutem.

Nescio pater beatissime: an illo sim tpe letior: quam cum tue beatitudinis
contemplatione: et gratia aliqua efficio. Quo actum purarim: ut omnem
tariis in primum secundi consolati ex diuo Thoma immeritus potius quam im-
pliciter cum edendis: tum exornandis et consummandis: non potuerim tanta vo-
luptate detineri: quin reiectis: ac postergatis studiis et contemplationi-
bus propriis: Martino nescio cui Luther: qui in veritate ipsam: et sanctam
hanc sedem ceruicem eleuatam ostentat: me scutum opponere pro sedis huius:
proque vitatis honore: ac maiestate pugnaturus. Denique tridui labore
in opus istud absumpsi: tanta leticia et animi iucunditate: ut amor ipse
mihi sensim veritatem inferret: illaque iugiter ac celerrime animo illabere
tur. Quo vero beatitudo tua pauca ista que elucubraui: in tantis: et tam in-
festis laboribus: item et curis: pcurrere non dedignetur: et sua beniuola cen-
sura: inepte dicta: aut eliminare: aut eliminare. Ita enim fiet: ut tanta sim
post hac fiducia: ac si fida logica instructus: ut etiam sathanam ipsum in fu-
turo certamine non extimescens: imo audius experiri cupiam: an ferreum
nasum: aut caput enei gerat iste Martinus: ut effringi non possit. Ubi
vero is sua fundamenta in lucem extulerit: sua probaturus: aut improba-
turus nostra: quiddam (volente deo) moliar: et maius: et accuratius
expolitum. Eternum vale benignissime pastor.

Sacrarum litterarum professori Martino Luther: frater Siluester de
puerio ordinis predicatorum: spiritum humilitatis et veritatis.

Quod si longa mora intercedere Martine mihi: litterarias manus com-
ferre desuerim: eo vel maxime quod tarda senectus iam frigeat effere
vires: tuis tamen vobis excipere: ac pene impulsus: quibus vndique athletas
quasi alter Dares in certamina vocas: desuetas palestras pro sacra appli-
ca Sede. item pro veritate tuenda denuo aggredi statui. Quam vero codi-
cis abs te (ut fertur) editi: fundamenta cernere non datur: nec tu conclusionibus
tuis probationem ullam attulisti: earumque complures sensus cum veros: tum
etiam falsos preferant: non aliter imprimis tecum cogredi velim: quam
tuarum falsarum positionum opposita sustinendo: et defendendo: ut qui-
bus innitaris fundamentis edoceas. Quasque ergo tuas sententias
percurreres: ac trutinans: dialogo nobis ipsis qui certaturi sumus
interlocutoribus (deo maximo optimo inuocato) futuro certamini
iam principium afferro. Vale et melius sentias.